



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 52. Facultatis literæ una cum diplomate dispensationis a Papa concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

medium a Papa propositum rejecerunt; Sæcul. XVI.  
id enim unice in votis habebant, ut to- A.C. 1527.  
tum negotium, priusquam Cæsari inno-  
tesceret, plene perficeretur.

## §. LII.

*Facultatis literæ umacum diplomate di-  
spensationis a Papa concessæ.*

Quorundam Scriptorum fide discimus, *Burnet hist.*  
quod Papa tam importunis preci- *de la reform.*  
bus pulsatus fuerit, ut Volsæo hac in *d' Angl. tom.*  
caussa agendi facultatem, Regi vero di- *I. p. 77.*  
spensationis diploma concederet, simul-  
que Casalio æque ac Knighthio pollicere-  
tur, se progressu temporis novam da-  
turum judicandi potestatem, eidemque  
Epistolæ eandem adscripturum diēm, qua  
Lautrecus prope Urbevetum venturus  
esset. His addidit, se sperare, quod  
hæc agendi ratio, tamque propensus il-  
lius animus haud dubie ab Henrico Re-  
ge gratus, acceptusque habendus fo-  
ret. Burnetus insuper observat, ex ut-  
riusque Ministri literis haud obscure col-  
ligi, quod Papa eo adhuc tempore, quo  
in arce S. Angeli captus detinebatur,  
utrumque diplomā concesserit, suoque  
chirographo firmaverit, Rex vero trans-  
missis hisce literis ea ex caussa uti re-  
nauerit, ne eas a Pontifice libertatis suæ,  
quam per Anglorum opem recuperare

R 4                   sperabat,

Sæcul. XVI. rabat, percupido extorsisse redarguere.  
A 527 tur, præcipue cum aliunde ea, quæ a  
 viro in vinculis detento promittuntur,  
*De Rupin.* tanquam irrita haberi possent. Affirmat  
*Thoiras hist.* quoque Dupinus, quod Pontifex Hen-  
*d' Angl. t. 5.* rico Bullam concederit, vi cuius eidem  
*p. 251.* *Dupin Bibl.* permittebat, ut quamcunque vellet,  
*des Aut. Ecel.* uxorem duceret, quamprimum ejus ma-  
*t. 13. p. 136.*  
*Le Grand.* trimonium cum Catharina irritum nul-  
*l. 6. p. 72.* lumque fuerit declaratum; id vero Le  
 Grandius nec affirmat, nec negat.

Ceterum Cardinali tit. SS. quatuor Coronatorum in præmium obsequii, quod Angliæ Ministris præstítit, quatuor aureorum millia fuere oblata, quæ ab eo tamen minime acceptata fuisse videntur, eoquod Volsæus Cardinalis in quadam Epistola circiter uno postmense scripta queratur, quod hic idem Cardinalis munus sibi ab Angliæ Rege oblatum respuisset. Interim Henrici causa per ea, quæ Pontifex agitabat, parum movebatur; supererat enim decidenda hæc quæstio, an prius matrimonium fuerit validum? Unde Rex parum contentus erat, cum cerneret, quod Annus Christi millesimus quingentesimus vigesimus septimus jam penitus esset evolutus, nil tamen ipse adhuc profecisset.

§. LIII.